

stabilii triumpho, quod Ioannem obstupescit in celo. Angelus, qui cum illo loquebatur, Habebat mensuram arundineam auream. Singularis prorsus visio. Ex auro, & arundo? Mensura erat; verum esse ex duplici materia nequibat: quomodo ergo aurea, si describitur etiam arundinea? Autem solidissimum, & calamus fragilis: quo pacto solidissima materia arundinis? Facul in constantia athleta: igitur eadem mensura hominis, quae est Angeli. Contendebat Virginis, & tyranni constantia pro victoria; & praevalerat constantia, non tormenta. Rumpebatur tyrannus; quia in arundineo corpore non inaurata, sed aurea profectio virtus: igitur robur persilliebat quasi aurum solidum; dum gloriatur conterendum, quasi calaminum qualiatum.

Species corporis, quae iudicabatur adinstar materia arundinis, invitabat crudelitatem ad pugnam; quin reteret in calamo inclusam virtutem auream. Accessit tormentis, ut frangeret arundineum virtutis scipionem, & experiebatur auream virtutem, & si dem: quandoquidem vincebat, & torra puella in theatro, quae priusquam torqueretur iudicabatur arundo.

Habebat Angelus (legit Primasius) arundinem auream ad mensuram. Quid mendiandum? Aetas, & virtus. Arboribus conferuntur homines, & fortibus; quia iam per temporis pervolutas dimensiones devoti calamitibus: ut patet Mat. 4. 19. Calamus autem est indicium tennioris aetatis, quae quidem uti calamus qualibet aura movetur flexibilis. Male cogitat tyrannus, si robur ab illo mensuratur per corpus: igitur dum ad victoriam meretur per aetatem tenera puella virtutem; invenit in tormentis virtutem supra fragilem aetatem.

Aptius in manu Angeli exponitur mensura. Hic per virtutem metiebatur aetatem, tyrannus autem animi praestantiam per arundinem. Fallitur: siquidem rutilabat tanquam aurum pectoris constantia, ubi ab illo arundo iudicatur levisissima. Perperam cogitat fragile corpus, quia promittet calamus. Mensura arundinea, & aurea est: arundinea, quia fragilis: aurea, ut videtur: & hoc mirum, igitur planè miraculum, quod omnia instrumenta vincantur crudelitatis a Virgine tenera, & arundine corporis.

Non viderunt faciem meam in carne, dicebat Paulus. Ubi facies, & cuius? Hoc cine decipula tyrannorum in mensura cruciaminum. Iudicabant secundum faciem, puellarum insuperabilem virtutem: & victi iacebant vel virtute puella, quia dantaxat

videbant faciem in carne; cum ille in arundine delicati corporis, haberent aurum in concussa virtutis. His superideo, siquidem seq. Didascalia causam videbimus sententiae in Divo Paulo. Si est modus in rebus, etiam in tolerantia Martyrum rutilat modus. Si interest scire, non tantum quid, sed quemadmodum fertur; vel in morte extremum malorum canitur.

Tempora futalis quando sic limitis itis, Tristitia contentu funera solor, glor.

DIDASCALIA XX.

Doctor Gentium floruit angelus terrenus, homo caelestis.

Huiusmodi epithetis effertur Paulus a Chrysolom. Hom. 1. de Laud. S. Paul. Ideo Ioannes vidit Caelum novum, & terram novam. Caelum utique novum, quia ex materia terrestri; & terra nova, quia ex caelesti materia. Morte mortuorum, iuridice denunciat Protoplasto, non abstinuit malo, in bonum interdicto. Protoplasto dicitur. Dicitur ne Paulo? Aliqui lasciviant errore Pythagorae, dixerunt propter crebras Pauli querimonias de carnis involuero, animam Adami esse in Paulo: ut vidimus in Exposit. lit. num. 19. quia dicit Tim. 1. 15. Iesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Locuti sunt falsa: ecce vera.

Credite posteritas, Adam vos estis & Eva, Et vestra pomum corripuerit manus. Hinc nudi, gens pellicae dignissima zona, Et pudor, & dolor, & Numinis ira sumus. O Deus, o superi, patientia vincitur! O quis Qui in mortali corpore solus, erit?

Sic loquitur Hermann. Hugo in Piss Anima desiderii lib. 3. suspir. 8. Mortalis fuit Adamus; & Paulus, quia Adami filius. Mortalis pater, quia in illo vel vivente, de quo suscipitur, videbatur pulvis: mortalis filius; ac etiam in pulvere, videbatur a cunctis homo caelestis. Primus homo terrenus in pulvere, Paulus autem tanquam angelus in carne. Ille de terra terrenus, iste de terra caelestis, quasi Angelus incorporatus. Ille mortalis corpore; quo videbatur vulnera mentis; iste mortalis corpore, sed micabat gloria adhuc in mortalitate carnis. Vita etiam Adamo mors, siquidem mortalis corpore:

Virtus Martirii uti gloria ab insula.

Mors Honorum instar Cygni.

Chrysolom.

Apocal. 21.1. Gen. 2. 17

Errat tibi migratio nisi anima Adami in Paulum.

Herm. Hug.

Paulus homo caelestis.

& mors etiam Paulo vita, igitur vel mors fulgida apparebat in carne.

Intende. Nunquid (inquirebat David) Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea? Ly. In ea arbiter signari terram, de qua in gloriam Sion (figuratur Ecclesiam) egressi sunt homo, & homo. Vide latè Lorinum hic. Homo primus fuit Adamus, Paulus secundus: non secundus antonomastice, quippe Christus natus in terra, & ex terra Virgine, sed comparatione (quod Hispanic. Cotojo) ex eo, quod iterum Paulus reformando parvum, naturam humanam, quam Adamus corrupit. Natus est in ea Homo, & homo. Natus est Adamus homo, & homo: natus est Paulus homo, & non homo, qui plusquam homo. Homo, & homo Adamus, quia de terra terrenus; & Paulus plusquam homo vel in conditione hominis; quippe de terra caelestis. Homo, quoniam de terra; & homo Adamus, quia mortalis corpore: homo Paulus, quia ex Adamo; & non homo, siquidem vel mortis gloria rutilabat in carne: ingemiscit non secus ac primus, & edo magnus, quoniam in ipsa deturpata carne, induit conditionem hominis, sine hominis conditione. Adamus homo, & homo; quia ut homo veritibus, amissa similitudine, duntaxat remaneret Deitatis imago: & Paulus plusquam homo, vel in fragilitate conditionis; quippe per similitudinem tulit exactissima imago Deitatis.

Vis scire, quam exacta! Iesum in Paulo cogita, quin perspicacior oculi intendentes in utrumque, discernant Christum ne, an Paulum? Semper igitur plausa subtilitas florentis penicilli, in natura imitatione: & amplius ars merito plauditur, quando exemplari, & imagine compositis, serio ambigitur, & ductu linearum, & temperie colorum, & summitate ductuum, an imago prototypus, vel prototypus imago: igitur ut descripsit, quavis aliò Profanus, & utrumque oculi mirantur pictum; & utrumque elaborare verum. Fascinatio igitur oculorum est blandimen voluptatum. Pende.

Hanc ne lux rapiat suprema totam, Picta Publius exprimit tabella: In qua tam similem videbis ipsam, Ut sit tam similis sibi nec ipsa. Ipsam denique pone eum tabella: Aut utramque putabis esse veram, Aut utramque putabis esse pictam. Sic ergo Martialis lib. 1. Epigram. 110. Figura substantiae Genitoris plaudit Paulus Verbum Patris. Absona videtur vox, etenim figura accidens est, & in Deo totum

Plal. 86.5

Loria.

Fino passio Dio, Paulus homo, & non homo?

Prasit Deitatis exactissima imago.

Quoniam summitas artis picturae est.

Marte

Hebr. 1.3

Esse substantiale: quo pacto Filius, qui substantiam haurit à Patre, proponitur fidelibus nomine improprio figura? Ly. Figura denotat originem paternae mentis, ex qua ad vivum similitudo imaginis; siquidem hanc Pater signavit Deus. Ly. Substantia indicat, non figuram quantum qualem, seu communem, sed figuram substantialem habentem eandem identitatem in Esse Divino, cum concipiente intellectu: & dicit consultiò Paulus, Figura substantia, de substantiali imagine, seu figura; ut inde clarescat, & personalitas utriusque discreta, & eadem omnino Divina natura.

Figura hoc loco dicitur Patris imago, Idest (ait Alapid. hic) signum, & similitudo, ex qua archetypum, sive exemplar Deum Patrem agnoscamus, & intueamur. Deum nemo vidit unquam, & Filius exponitur figura substantiae Patris, descendens in terram, exacta, & divina imago; ut Pater aeternus agnosceretur in Filio. Descendit Filius, ut hominibus homo factus, nomen Patris ignotum manifestaret; & se exhibendo visibilem, apprimè fecit. Erat speculum clarissimum Patris, signaculum eximie similitudinis: atque pro Genitore, eius exprimitur figura substantiae, in qua figura distinguebatur Patris, & Filij persona; non natura, vel essentia.

Adimpletum reor, & congruè in Apolosolorum maximo, & minimo, quod Afferor N. illis promissit in Cenaculo. In illo die (inquit) vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Quo modo, infra dicemus. Pater in Filio est, Paulus in Christo, & Christus in Paulo. Pater in Filio tanquam in imagine exprimente maiestatem, & decorem: Paulus in Christo ostendens imaginis maiestatem: Christus in Paulo coaptans imaginem ad vividam similitudinem: & ita conformis factus imagini Patris adhuc in hac mortalitate corporis; ut sicut Filius erat figura substantiae Patris, ad hoc ut Pater agnosceretur in Filio; non aliter Paulus imago imaginis, ut Filius agnosceretur in Paulo. Ita Christum induit, quamprimùm cognovit; ut animata videretur tabella, ubi rutilabat substantiae Patris figura.

In qua tam similem videbis ipsam, Ut sit tam similis sibi nec ipse. Metamorphosis charitatis est, quam protulit ipse Dominus dicens: Ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. O fides praecleara! Christum denique pone cum Pauli rationali tabella. Novum prorsum in tuentis portentum,

Cur Verbu dicitur figura substantiae Patris

Alap.

Per solum cognoscitur Pater caelesti.

Ioann. 14. 10.

Ut Pater cognoscitur in filio, ita filius cognoscitur in Paulo.

Ioann. 17. 26.

Apoc. 21. 1.

In arundinis materia laetabatur virtus aurea.

Primas.

Virtus praesens supra aetatem.

Et aestima bilior quia supra.

Colof. 2. 1.

Aut utrumque putabis esse Paulum, Aut utrumque putabis esse Christum.
 Vas est igitur Paulus, ut portet Christum & vas electum: crucifixum predicat, stigmata eius in corpore suo portat. Titulum Præceptoris, Doctoris, & Lucis Gentium cum Paulo dividit, dimidiam imperium cum Iove Paulus habet Gertrudis (de qua illud dicitur):

Gertrudis si corde manes, Rex, Sponse, Deusque,

Cor erit hoc templum, cor torus, atque thronus.

Cor Gertrudis templum Dei torus, & thronus.

Imago eximia Christi. Callan. Maxim. Sand.

Qualiter Paulus figura substantie Christi ex parte humanitatis

Ioan. 6. 56.

Simillimi amantes.

Christi in hominis pectore, homo vero manet in Christi corde. Haud distinguitur vita, sicut nec anima; etenim per charitatem mutantur corda. In alia, quæ ipsa potius, convertuntur: in alienam figuram substantiam diligentem transformantur; & cum uterque utriusque fiat subtilis imago; Paulus videtur in Christo, Christus in Paulo.

Quid me vis facere? Dixit voce de celo percussus: Non *Quid de me*, sed *Quid me*. Aptè. Ut non esset ipse. *De me*, indicabat aliquid faciendum: & tunc maximum non esset ille, sed illud aliquid. *Quid me*, erat principale quid: & *Quid me*; non *De me*, dixit; ut esset ipse, & non esset. Ut esset ipse conditione, & non ipse charitate. Ipse, sed alius, nimirum, Christus, cuius iam erat imago, & non ipse iam manens in Christo; ut Christus Dominus videretur in eo.

6 Audi, quem è sede, & cathedra fulminantem audire desideravit Angulimus, ut notat Ravil. Textor. *Officin.* lib. 2. cap. 20. & Alapid. de *Prærogative Pauli* cap. 5. *Cum autem placuit ei* (inquit) *quod me segregavit ex utero matris meæ, ut revelaret filium suum in me.* Ex utero matris dicitur: (idest *Synagoga*, uti observat Anselmus) ut amplius claresceret lumen prædicationis, vel ex ipsi inimicis. Segregavit tanquam singularem inter omnes, qui futurus erat omnibus. Sed qualis? *Omnia quæ sunt in omnibus bona planè accontulata possidet* (ait Chrysof. Homil. de *Laodib.* Paul. *omnium bonorum fuit arca: adeo ut etiam si quis totum contraxerit cum iustorum chororum sigillatim appendat, inveniat trutinam virtutum ponderibus à Pauli parte depressam.* Hinc micææ; & congruè elogium Protopatris Benedicti: igitur omnium iustorum spiritu fultus plenus, ut refert Gregorius: & etiam segregatus ex utero matris, sicut demonstrantur organa vocis, ut vidimus *Tautolog.* 4. *Didasc.* 14.

7 Finis hoins electionis Pauli adhuc inter tot mirifica mirabilior. *Segregavit* (ait) *me ex utero matris meæ, ut revelaret filium suum in me.* In me? Difficiliter intelligitur: *Ut revelaret filium suum mihi*, debuit dicere; siquidem, & illi apparuit, & quis esset è celo, atque in celo docuit: profertur ergo in revelatione Doctor Gentium: *Mibi*, & non *In me*; ubi cognovit, quem persequeretur Iesum. Neutiquam: alioquin sibi subtraheret ampliore prærogativam. Cæteris Apostolis manifestatur Iesus, verum in illis non manifestatur. Aliquibus Sanctorum præventis in benedictionibus dulcedinis, ostendit Christus vel ex utero matris; cæterum Christus non revelatur in illis. Paulus autem

futura

Paulus videtur in Christo, Christus in Paulo.

Ad. 9. 61

Paulus ipse, & non ipse.

Augustini votum audire Paulum. Ravil. Text. Alap. Anselm.

Christo-istom.

Elogium S. Patrie. Benedicli.

Galat. 1. 15. & 16.

Intuebatur Christum, ut quis Paulus.

futurus erat singularis: & non profert *Mibi*, sed *In me* factum prodigium revelationis; quoniam quisquis intuebatur Paulum, in Paulo videbat inhabitantem Christum.

Uterius. *Mibi*, indicat revelationem sibi factam: *In me*, per illum alijs factam revelationem: & sanè singulare portentum, ut omnes crederent Christo, & in Christum per Paulum. Obiter nota, nullum hominem unquam (observat cum Dionysio Arcopag. D. Thom. 1. part. quæst. 98. num. 3.) habuisse revelationem à Deo, nisi mediantibus Angelis. In Paulo revelatur Christus. Erit Angelus terrenus? Apparet homo cælestis, quandoquidem nulla revelatio fit, nisi mediantibus Angelis. *In me* dicit. Quid est *In me*? *Ut Christus in eo esset, & per eum loqueretur*: inquit hic Theophylactus. Paulus erat, & non erat Paulus, igitur in eo Christus. Operatio altruit mirificam Christi mansionem: etenim exponens Gentibus veritatem; dum Paulus loquebatur de Christo, Christus loquebatur in Paulo.

D. Th.

Qui erat homo cælestis.

Theophyl.
In illo loquebatur Christus.

Quomodo in celo revelatur

Greg. Mag.

In corde illius erat.

Ad. 17. 23.

Deus ignotus notus per Paulum.

8 Perpende verbi proprietatem. *Revelavit*. De revelatione, ait Angelicus Magister in cap. 12. Epist. 2. ad *Corinth.* lect. 1. *Addi supra visionem, intelligentiam visionem.* Quam multi viderunt Filium in carne! Multi sane: at usquequò gravi corde? Quo utique adveniret Paulus, in quo qui visus revelandus Filius: igitur cum in Paulo esset, & in illo Filius Pater revelaret; per Apostolum perficere cognoscebant, quem ante lumina viderant.

Aliter igitur exponit Gregorius Magnus. *Revelavit Filium suum in me.* Latens in eius pectore, quasi sub tentorio ibat Deus: inquit lib. 27. *Moral.* cap. 8. Sed quomodo? Infra clariorem expositionem statuam. Dum descendit Filius in mundum, mundus eum non cognovit: & in pectore Pauli Filium suum Pater mundo revelavit; quia cognoscebatur in Paulo, qui iam sedebat in celo. *Deus ignotus* erat. Quem Gentiles ignorant, Paulus annunciat. Quid mirum, quòd plaudatur Doctor Gentium, dummodò per illum ostenditur Christus, qui Deus ignotus? In ipso utique revelatur ille, qui absconditur. Latebat in pectore Pauli, apparebatque in eius predicatione; igitur palam per illum universo mundo, qui latebat in cordis habitaculo.

9 Semper instat *In me*. Haud perhibet, *Ut revelaret filium suum per me*, sed *In me*. Per illum in predicationibus, cunctis Gentibus revelavit ut lumen: at quomodo in illo Filijs iam regnantis ostendit revelationem? Mutuò Christus erat in Paulo, & Pau-

lus in Christo. Amor è duobus fecit unum, Christum, & Paulum; ut eminceret charitatis vinculum. Revelandus erat mundo, qui iam gloriosus florebat in celo: & Pater dicitur revelasse Filium, predicante Paulo; siquidem homines eius gavisus sunt cognitione, simulacra cognoverunt imaginem ita conformem imagini Filij sui. Aprilius ergo. Christus per illum loquebatur, quia in corde Pauli erat: Christum Dominum in pectore tanquam in tentorio portabat. Non novum mysterium revelationis Patris, in tanta singularitate revelationis: igitur cum Christus esset in pectore Pauli; referato pectore, manifestabatur orbi.

10 Imagines Silenorum opportuna occurrunt. De his iam diximus *Tautolog.* 3. *Didasc.* 10. num. 13. Statue igitur erant, quarum in concavitate pectoris includebatur imitatio quædam gloriosi Numinis. Unde oculis species duntaxat præconis, vel tubicinis patebat; sicuti affirmat Pierius Valerianus *Hieroglyph.* lib. 6. cap. 14. Cæterum expansis manibus universa gloria Numinis ostendebatur. Pater igitur in Paulo modus revelationis, quo usus est Pater cælestis, ut extenderetur noctitia Filij per latitudinem orbis. Elegit Paulum portatorem Christum, adintra imaginum Silenorum. Extrà occurrebat homo, & præconis species; qui quem latebat annunciabat homini: at si expansis manibus aperiebatur pectus, cum maiestate videbatur Christus.

Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur (dicebat ipse) *ut & vita lesu manifestetur in carne nostra mortali.* Alapide suodit (quia emphaticum est illud &) *ut vita lesu beata in calis.* Si in mortem traditur, & crebro; quomodo vita Christi gloriosi præstabit Paulus imago? Potius videtur simulachrum patientis, quam triumphantis. In illo Empyrjij rutilar gloria; & lubricat vita? Hæc est Pauli excellentia; scilicet, quòd in illo lucretur gloria Numinis, adhuc in hac mortalitate carnis.

11 Vita lesu in Paulo manifestatur. In vita alterius? *Vivo autem, iam non ego: vivit verò in me Christus*, respondet. Tam perfecta Filij Dei in me rutilar imago; ut sim ego, & non sim ego. Vita confirmat amoris excellentiam, cum alterius habeam vitam: & non ipse vivo Paulus, quia in corde meo vivit utique Christus. Sine vita cordis, vivere nequeo: vivo autem ego, cæterum ego non vivo. Illius est vita, cuius est vitalitas: & sine vita vivis adhuc manet cor, ut vita Christi manifestetur in me.

Cor illius sacrarium erat Christi in illo vivens.

Amar è duobus unum fecit.

Refrate eius pectore videtur Christus.

Silenorum imagines.

Pier. Vas lect.

Emblemã Pauli.

2. Cor. 4. 11. Alap.

Vel in hac carne erat thronus gloria Christi.

Galat. 2. 20.

Christi vivit in vita.

viventis : latebat Dominus intra penetralia cordis : & dum prædicabat Iesum , quem pro vita in cordis throno portabat , audientibus ostendebat. Videbant enim Paulum , ut hominem ; portantem terreni imaginem : ac disruptis præ amore ianuis cordis , mirabantur imaginem cælestis. Quemadmodum Silenorum simulachra , fruebatur abdita gloria : siquidem dum homo demonstrabatur ad oculorum speciem ; cor continebat totius cæli maiestatem. Stupuit utique orbis , inquit esset cælorum gloria , & in puro homine ; cõ quod esset cælorum gloria , & in puro homine .

12 Stylus duntaxat Pauli est , inter tot Spiritus Sancti organa , quot personant modulariter in Scriptura , *Homo interior* : tum ad Roman. 7. 22. tum ad Ephes. ubi : *Us dei nobis* (ait) *secundum divitias gloria sua virtute corroborari per spiritum eius in interiora hominem*. Quis est iste homo interior in corpore Pauli ? Aliqua diximus in *Exposit. liter.* Paulus ne est duplex , vel simplex homo ? Homo exterior est imago primi hominis , per animam viventis : interior autem est imago cælestis , animam vivificantis. Ideo perhibet (ut vidimus) *Vivo autem , tam non ego. Vivo* , quia vitam habeo per animam : & *Non ego* , siquidem aliam formam habeo vivificantem animæ vitam. Vivo ego , & non ego. Ego , & non ego ? Secundum exteriorem hominem , ego Paulus : secundum interiorem hominem , in me Christus : igitur aperto pectore , videntur vel in carne mortali divitiæ gloriae .

13 Est profectõ alia in corde effigies , preter quam demonstrat corporis facies : & ait , *Secundum interiorem hominem* , innuens latentem imaginem : quippe in pectore includebatur gloriae Christi simulachrum , ubi hominibus videbatur sicut cæteri hominum. Altrius idem : *Non viderunt faciem meam in carne*. Ubi nisi in carne facies hominis statuitur ? Si per faciem unquamque cognoscitur , *Nunc per epistolas* (dicit Chrysolom. Homil. 3. de *Laudib. Paul.*) *nunc per exhortationes , nunc per preces , nunc per minas , nunc per se , nunc per suos omni studio conabatur agnosci*. Erat facies in carne , quam permulti non viderant ; & erat facies in pectore , quam omnes non videntes agnoverant : meditantur ergo hominem interiorem statuit , & in carne faciem exprimit ; quia in carne facies indicabat hominem ; sed pectus , gloriae thronus , hominem purum demonstrabat cælestem. Silenus apparebat cunctis , ostentans usquequaque divitias excellentis charitatis. Aperto siquidem corde ,

ille , & non ille : quoniam hominem iudicabant secundum carnem ; & pectore patefacto , faciem tantum , & non hominem .

14 Hac enim via , liquidò intelligitur prerogativa Pauli , quam ipse præscripsit testimonio celebri : *Non enim audemus* (inquit) *inferere , aut comparare nos quibusdam , qui se ipsos commendant : sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes , & comparantes nosmetipsos nobis*. Nonne satis dicitur , cum non habeat cum quo Paulus conferatur : Ut adequatè semetipsum metiatur , se cum sibi aptè conferatur : siquidem haud interest meritò nota comparationis ; ubi eliminatur vel umbra similitudinis .

Verum quomodò si distinctus debet esse , cum quo fit collatio , aut similitudò Paulus comparatur Paulo ? Secum sibi comparatur , quia non habet similem , & confertur secum alius secundum interiorem hominem. Iurè dicitur comparatio , & cum alio ; dum Paulus sibi confertur : igitur cum in illo vivat Christus , iam est alius . Homo exterior comparatur cum homine interiori (Christi dilecti , & diligenti elaborata imagine) & secundum hominem interiorem , est alius à seipso secundum faciem . Extremum enim comparationis oportet esset vel æquale , vel superius . Omnia exhibet idem Paulus . Christum in corde portat : & semetipsum sibi comparans commendat ; quia in homine exteriore licet hominis relucet imago , secundum hominem interiorem pliquam homo .

15 Huiusmodi excellentia impensius examinanda ; utrùm alius sit similis in fervore charitatis ? *Nunquid ad præceptum tuum elevabitur aquila ? Ubiunque cadaver fuerit , statim adest* : dicebat Dominus Iobor : *Quænam esset huiusmodi aquila , statuit Lyranus hic : Patet* (ait) *in Paulo , qui post raptum ad tertium caelum , descendit ad subsidium peccatorum*. Aptè . Ille est , qui iacuit in terra ; sed qui elevatus à Domino , tamquam aquila ; quippe ut vivificaret igne charitatis cadavera hominum , pro nihilo reliquit vel tertium caelum . Parum illi videbatur caelum ascendere , dummodò propter homines non relinqueret .

Speculum nixet pectoris flagrantis in flamma ignis : sic igitur plaudentur Angeli . Didicerunt filij Israel in universitate doloris , quicquid habet acuminis , maxime magistra sublellitate , tyrannis . Profuit igitur sana persecutione doctrina : (sana , quæ abominabilis , consultò enunciat ; quippe ad modum recipientis recipitur) sana doctrina , ubi exercetur patientia , quin fati-

2. Cor. 10. 12. Ut appositum sit in eorum . Paulus comparatur se cum .

Exod. 3. 7. 8.

Inexpertis superiores crades .

Michael ex ordine Seraphim .

Secundum interiorem hominem pliquam homo .

Apparuit in rubo . Lippoman .

Amoris signum præparat nominis deferre caelum .

Iob 39. 27. 30.

Lyranus .

Aquila similia .

Amor nam eam elevat .

Psalm. 103. 4. Hæc. 1. 7. Persecutio prodest animæ . 17. Blasphemia patientibus .

fatigetur adversantis , & aversantis improbitas ; imò fomite tolerantiz effraus undique grassetur crudelitas . Exaetè ministerium suum adimpleret patientia , & vapulat : etiam vigilat incurso ; Deo Opt. Max. permittente huiusmodi molestias , ne extendant iusti ad iniquitatem manus suas . Concluditur ergo curus persecutoris , auditis his verbis : *Vidi afflictionem populi mei in Agypto , & clamorem eius audivi , propter duritiam eorum , qui presunt operibus , & sciens dolorem eius , descendit , ut liberem eum*. Initar miraculi observari debet , quòd sciat dolorem , qui non cognovit : dummodò cognosceretur cruciatum subditorum , haud abundaret eorum duritia , qui presunt .

Vidi (inquit) *& descendit*. Quis igitur Angelus dicitur , *Ahor. 7. 30. Seraph.* plauditur à pluribus Doctoribus , & SS. PP. Abul. in cap. 5. *Iudic.* quæst. 71. Lippoman. de Vicis PP. 1. part. Cornel. Alap. hic. Laurent. Iustitiam. Serm. de *Michael.* Basilus Homil. de *Angel.* & alijquam plures . Ex quo arguunt Michaëlem uti protectorem Synagogæ apparuisse in rubo (consule Blasmus Viegas latè in *Apocal.* 12. Comment. 1. sect. 18.) de quo Lippoman. ubi suprà : *Michael , qui apparuit in rubo . primas partes obtinet inter ignis ministros*. Quomodò Seraph in rubo , qui Angelus duntaxat exprimitur à Stephano ? Seraph idem est ; ac plenitudo charitatis . Uique : probatio entitatis est exhibitio operis . In cælo Michael fruebatur maiestatis throno : quia populus oppressus , apparet in rubo : aptè Seraph insignitur caractere , in ampliore charitatis demonstratione ; igitur summi amoris nobilissimum signum , relinquere propter homines thronam , & caelum .

16 Obsequium declaravit naturæ flagrantis tellerem , cum protegeret hominum laborantem naturam . *Descendit* , ait . Unde De cælo . Patet fidei eximia , & essentiz demonstratio : quippe quando vel in directione summum ; in cælo reliquisset nobilissimæ maiestatis lucidum thronum . Magni æstimate in mundo vel Superioris aspectus , siquidem levat molestiarum anfractus . Quid si ultra expectationem , homines experiantur principem ? In officina amoris etiam variantur operantium subtilitaz : & dum Angelos videret homines laborantes , & descendit ut liberet , & ferat opem ; plauditur nomine Seraphim : siquidem ni plenus amor æstuarer in pectore , & cor flagraret vehementiore charitate ; minime quasi oblivisceretur gloriae propter hominem , deferendo thronum , & cæli sedem .

Tom. I. Tautol.

17 In encomium Pauli nota . Apparet Moyse in igne flammæ rubi minister Angelus , & intuenti prodigium (quod utique claret , quia locum , ubi stetit , non combussit) dicit illic : *Ego sum Deus*. Idem , vices Dei gero ; cuius est eiusmodi demonstratio . Quis nisi Deus esset in eo , propter genus humanum deferens caelum , descenderet in hunc mundum ? Profectò in pectore Pauli inest palam plenitudo charitatis : quoniam ni haberet abundantiam plenitudinis ; haud facile relinqueret tertium caelum , in subsidium peccatorum . *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos* : clamaverunt Lystra ad miraculum claudi , à Paulo in pedes erecti . Non homo similis Deo , sed Deus similis hominibus celebratur Paulus . Habet faciem quasi hominis : reliqua Seraphim plenitudinis charitatis : igitur elevavit , vel commutavit humanam conditionem , & sublimitatem ; ubi propter reliquos homines relinquit gloriam .

18 Viso Seraphim Evangelici Vatis demonstrat mensuram Paulinæ dilectionis . Fruebantur enim gloria ; & *Va mihi exclamavit Propheta*. Ne iteraret doloris vocem , continuò unus de Seraphim compefcuit amaritudinem . Seraphim *Velabant faciem*. Quid igitur indicat huiusmodi expanso alarum , adversantium aciei perpicua oculorum . ? Facie ad faciem videbant Dominum , in throno sedentem ; & duabus alis meditantem velant faciem : etenim relinquere beatificam visionem propter hominem , de conditione dolentem , stantes in glorioso Deitatis folio ; impotibilis videbatur demeritatio . Appositius interpretabor . Gloria , uti summum bonum , quod ex visione Deitatis , cogit proculdubio confluens : & Seraphim velantes faciem , operantur quasi non viderent . Commendant enim hominibus dilectionem , cuius illi exprimentur vel nomine plenitudinem : igitur plus rutilat , dum corda plus allicuntur necessitate querentis , quam summæ felicitatis .

19 Deinde . Semper igitur vident faciem Patris . Ni defereretur gloriae thronus , fidei vehementiam minime ostendebat pectus . Certamen erat inter gaudium proprium , & alienum subsidium : & faciem stabello penarum velant , ubi ad clamantem Vatem continuò volant ; quasi inter gaudium throni , & expectantis auxilium , misero opitulanti , amplius videretur gaudium . Haud dimoveri quibant Seraphim lumina à fonte lucis , ex quo dimanabat gloria . Corda furabatur *Hæc* auditum , ut descenderent de throno

Mmm

Idem 6 Cbaritar Pauli Sera phica .

Act. 14. 10.

Non homo sed Deus habitans .

Isai. 6. 1.

Verf. 2.

Cur Sera phim faciem velant .

Seraphim . cur ebara . Hæc summa ebaritatis .

Similitudo gloriae epistolari dor lanti .

pectoris igne; quo amor profanus exarsit in templo cordis, vel scintilla celestis. Si amorem probat singulare obsequium: *Dilexit utique multum*. Pende modo. Magdalena, cuius frater Lazarus infirmabatur, cum terrote Martha schedulam plicatam misit ad letum; ubi duntaxat: *Domine, ecce quem amas infirmatur*. Parum officiosa videtur in smote Maria, quandoquidem utitur epistolij diligentia; cum congruum esset ita pro fratre perquirere medicum, sicut pro se dudum iruperat in convivium. Hocene officium, quod reodolet inurbaneitatem, ampliorum in Chritum designavit dilectionem. Favet acuminis cogitatus Basilus Seleue. Orat. de *Resurrecti. Lazari*: sic enim ait: *Veheementi amore ducta miserunt ad Iesum, quia diligebat eos*. Amor vehemens modo plauditur? Etiam: In conversione multum, quarens Chritum, diligit; & non querens amat vehementer? Ibi amor magnus, & hic heroicus? Utiq;e. Ibi reliquit fratrem propter Chritum: hic reliquit Chritum propter fratrem. Appositus ergo: ibi reliquit fratrem propter Chritum; verum hic propter Chritum reliquit Chritum ob fratrem. Nos dicimus: *Aqui pro Christo, deo ad Christo pro se hermano*. Exquirit enim in conversione Chritum propter Chritum: dilexit sanequum multum. Intende amor vehementiore excessum, & nullo modo ad medicum accessit, sed alium misit: quippequam in charitate vehementius luere obsequium, Chritum-relinquere propter Chritum. Patet altum dilectionis vulnus, separari a Chritulo ob maiorem gloriam eius: igitur gratolatur, blanditurque, cum in te inductor dilectionem; quia ipse videtur relinqui propter fratrem laborantem. Dixi meditante *Videtur*; quoniam Chritus arctius ibi tenetur, ubi sic vel ab amante dimittitur.

28 Ipse Dominus in utroque officio ostendit intrinseque charitatis excellentiam. Querit ipsum vulneratam Magdalena, dum in domo Pharisei acumbebat convivia; ceteram stabat plorans *Retra fecit pedes eius*: quasi illam intuens, lachrymantem non videret. Ubi non queritur, adest Dominus; & Magdalena dicitur: *Magister adest, & vocate te*. Ergo ubi queritur, quasi non intenderet, aspicit; & ubi non inquiritur, adest Magister? Sane. Ipse relinquitur propter se, ardenter operantis charitate: & ut confirmet obsequium, adest non vocatus ad humifmodi ingeniotum dilectionis studium: igitur tunc cor ardens Dominum magis amplectitur, cum ipse propter se tollitur. Aptius

Luc. 7-47

Ioanna. 3

Basil. Se- leuc.

Chritum relinquit propter Chritum, vehementius charitatis obsequium.

Luc. 7-38

Ioann. 11. 28. Ardua in corde constituitur, dum ipse propter se relinquitur.

dicam: Tollitur ab oculis, & recedit in habitaculum pectoris. Patet: altius habet, & mansit placidus in corde, proficiscentium in castellum, cum *Ipse evanuit ex oculis eorum*.

29 Ilustre habemus testimonium in quere- nte Michae de furantibus idola. Obicit filij Dan proficiscentes in Civitatem Lais occupandam; incidunt in Levitam, cui incumbebat cura Sculptilis, in domo Michae manentis. Omnia cum Sacerdot tulerunt; quibus visis, post tergum clamavit Michas, ac dicentibus, *Cur clamas?* Faxo respondit: *Deos meos, quos mihi feci, tulistis, & Sacerdotem, & omnia quae habeo...* Sufficit hucusque. Minime indulget pectoris amaritudo, quod sana sit intellectus cogitatio: siquidem parva audientibus videtur poena, quam exprimit sine talitate labia. Transcribi enim nequeunt voces querulae legitime; ubi intellectus dicitur perclusus doloris acerbitate. Audi. *Deos meos tulistis, & omnia quae habeo*. Si habes, quomodo tulerunt omnia? Si tulerunt, habes? Etiam. Plura dixi alibi. Huifmodi dubium vexans difficultate peptuae contradictionis intellectum, in charitate Pauli non est dubium. Si propter fratres à Gloria Chriti separari cupis Deum ferunt, & omnia perdit: quo pacto, quae tulerunt, Paulus habes? Si Chritum habet in corde, cur quat in fratre? Si visionem optat, quare ab illa dimoveri desiderat? Si Chritus ab illo tollitur, quomodo Paulus amplectitur? Quia ab aspectu oculorum tranfuit charitas in pectoris habitaculum, & intimius Chritum habuit, ubi pro fratribus commodum propriam postposuit. Sane potest dicere: *Deum meum tulistis, & omnia quae habeo*: habet inquam, & in secretioribus flagrantissimae animae; dum ut fratres habeant, pro illis, & propter Chritum desiderat non habere. Haud patitur vinci Chritus altiore charitatis studio, cuius est summa dilectio; & rependit dilectionis Paulinae inauditum studium, per unionis incinioris, & charitatis obsequium.

30 Igitur activitatem huius charitatis, vel in morte rimemur. *Lactei Spiritus* plauduntur Angeli ab Augustino Serm. 17. de *Tempor*. id est, *Paris* ideo frequenter in Scriptura apparent vestibus albis. *Athor*. 1. 10. & *Apoal*. 3. 5. & 7. 9. Patet etiam ex hoc Paulus homo celestis: *De Pauli cervicis, cum eam persecutor gladio percussisset* (ait Ambrosius Serm. 68.) *dicitur fluxisse lactis magis amila, quam sanguinis*. Cui aspiat Chrysolomus. Orat. in *Principi Apoal*. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ec-

Luc. 24. 31

Iud. 18. 24

Chritus in timis Paulino corai haefe, quia in commo- dum proprii alio. cum astiti. rati post possit

Angeli cur dicantur lactei August.

Amb.

Chrysolom.

Crucor Pau- li lac.

Virg.

Misceu- lu n vul- u ranti au- li.

Sanguis qui lac per cor tranfit

Anglic. Nic.

Nancel.

Herm. Hug.

Etiam aniani p. Heri. flama in igni.

Ex igne cordis calor inat- tur san- guinis. Cant. 5. 10.

Star.

Rupert.

Thren. 4-7

Ebur ap- tel purpu- ra.

clesia? Interum homines parturit, ut in illis formetur Chritus. Non novum, quod in illo elict specie lactis, quod in auis tugebat velligium vulceris. Non abs te postulus retro: quere illud Virgilij *Aeneid*. 4. v. 3. *Multa viri virtus animo, multisque re- curvat*. *Genis homo: haerent infixi pectore vultus*. Sed quare? *Vultus alit venis, & caeco carpitur igne*. Ex caeco igne, quo carpitur pectus, colorem tranfmutat vulnus: haerentque vultus infixi vulneri, trunco corpore, quippe fons ebullientis cruoris, apparuit lactis.

31 Conversio sanguinis in lac, vel con- versio coloris sanguinis, cordis calori tribuitur. *Sanguis ad cor veniens, & deinde ad pectus tendens, tandem ad mamillas pene- trat, & in eorum carne spongiosa in mat- riam lacteam vi caloris se tranfmutat*. Hac Bartholomaeus Anglicus de *Proprietatib. Re- rum*. lib. 4. cap. 34. & assentitur Nicolaus Nancelius in *Anatog. Mier*. lib. 4. cap. 5. ubi ait: *Per cor sane iter facit. Bene. Ut sua corporibus, sic mentibus est quoque flamma*. *Et quoque deterior corpora flamma coquit. Intus in accensis qui menducus: sicut ignis, Delicias liquidi solis amoris habet*.

Succinuit sane feliciter Hermann. Hugo in *Pijs Anima desiderii*. lib. 2. vot. 10. Causa iam patet mutationis sanguinei coloris in cervicibus Pauli. *Vulnus alic venis, & caeco carpitur igne. Quid mirum, quod in caeco specie lactis videtur cruor, ubi in pectore inoleverat flammivomus tantus amor?*

32 *Dilectus meus candidus, & rubicun- dus*: dicebat Sponfa scilicet de Sponfi pulchritudine. *Purpureus, niveo natat ignis in ore*. Ita splendor pulchritudinis commendatur à Sratio, lib. 1. *Achilleidos*. v. 161. Quaelio im- plexa. Si purpureus, quomodo candidus? De passione intelligit testimonium Rupertus hic. Ubi passus (quippe guttae sanguinis de- currebant in terram) tectit ascensum purpu- rem media charitate conflatum. Ubi candor? Ubi nitor? Non est decore. Quia via ful- gebit lactens, dum est sanguine perfusus? Alituit Ieremias. Sacratu Deo insigniuntur ab illo *Rubicundiores ebore antiquo*. Rubicundum ne ebur, quod rutilat candidum? Haud dicit absolute ebur, sed ebur anti- quum. Antiquatum ebur flavescit: Ictirod apud Pricos, ut candor rutilaret arte nova, tingebant miscere purpura. Ovid. lib. 2.

Ne longis flavescere possit ab annis.

Maonis Afsyrium femina tinxit ebur. Virg. *Aeneid*. lib. 2. v. 67. *Inaam sanguineo velati violaverit ostro Si quis ebur*. Et Homerus lib. 4. *Iliad*. *Velati quando mulier ebur purpurat tinxit*. Vide Claudian. lib. 1. de *Rapt. Proserp*. v. 275. Stat. ubi supr. Valer. Flacc. *Argonaut*. lib. 2. v. 405. & Pined. in Iob 28. v. 6.

Patet ergo auctoritatis expositio pro Deo dicatis, in maximis Virginibus teneris, de quibus egimus *Didasc*. praeced. Etatis flore rutilo candent: tormentis, eboris instar pallescent: unde ut ad corpus redeat decore candoris, tinguntur in tormentis liquore sanguinis; quo apparent vel in morte, rubi- cundiores ebore. Fallitur Cicer. 4. in *Verr*. Fallitur Plant. in *Mortell*. Act. 1. Scen. 3. v. 102. dum iudicant importunum, *Ebur atramento candefacere*. Si atramentum sangui- nis est, ut notat Plin. lib. 9. cap. 29. haud improprium: igitur si pallescent candore, restituitur purpura eboris; ut clarescat in quo veritas, clamat corporum faciatorum speciositas; quandoquidem Vigines Marty- res, & candore rubescunt, & sanguine candebunt. Patent in ipsiis signa Sponfi, candi- dae scilicet nitent, & rubicunda. At unde? Sanguis ne candidus? candidus utique, dum concoquit pectoris amor: igne etenim charitatis abelicit, qui natura purpurascit.

Lac nihil aliud est praeter sanguinem co- ctum. Ubi calor cordis pravalet, etiam in ventis dealbatur: & dum à planta pedis us- que ad verticem mader sanguine Sponfus, dicitur à Dilecta iure *Candidus, & rubi- undus*; quoniam flamma pectoris speciem cruoris in vertit flagrans in albedinem lactis. Non invenitur, quod plus demonstret ex- cessum caloris, quam color, & species san- guinis. Ubi augetur calor, evanescit illicet purpureus color: ac exhibetur candidus, & rubicundus; quippequam, si sanguis appar- ret rubicundus per passionem, candidus rutilat per vehementem charitatem.

Pende acumen Mellifini Doctoris Serm. 28. in *Cantic*. *Chritus* (perhibet) *dicitur candidus, & rubicundus, quem circundant flores rosarum, & lilia convallium, hoc est Martyrum chori*. Purpuratus, qui circundant laudabit chorus: exterum candi- datus exercitus? Laudat: etenim pre amore nimo sanguis exalbat: & ut vis emineat amoris in Iphara sanguinis guttae, seu flumi- na, quae flores rosarum, & circundant specie candidantium litorum.

34 Ipse Paulus alituit, igitur suae fer- vorem charitatis agnovit. *Lac vobis potum dedi*.

Ovid.

Virg.

Hom.

Corpus Martij candet cruore.

Ignis cha- ritatis ab- sorbet co- lorem cruo- ris.

Sanguis amore ve- hementi candidus.

Bern.

Rosa per- muanur in lilia.

1. Cor. 3. 2

Sanguis colore lactis, in Christi venis. Ambrosius.

Quarr. Et in Pauli cervicibus.

Plin.

Flis purpurea in faucibus. Pier. Valer. Evanescent eum sanguis, dum retrahitur.

Apoc. 7. 4.

Alap.

Martyres candicant sanguine.

Petr. Fab.

Albin.

Bern. Albedo sanguinis Afruit acerbitatem passionis.

deat. Lac (Anselmus hic instr.) Christus crucifixus. Congruentissime cadit in oclentum eximie charitatis, etenim lac hauritur ex fontibus Salvatoris. At sciendum quomodo Paulus lac dedit Ecclesie potum? Dum properavit ad Martyrium, respondet Ambrosius ubi supr. Lactis magis unda, quam sanguinis, sicut ipse ad Corinthios ait: lac vobis potum dedi. Vide etiam Guaricum Abbat. Serm. 2. Apost. Petr. & Paul. Sanguinem profundit datus cervicibus: quomodo lacteus? Magno igne charitatis flagrabat pectus: ac in offensionem vehementis amoris, sanguis exivit e cervicibus specie lactis.

Etiam alia causa suscitavit animo, ubi in Pauli cervicibus micat albedo. Purpure florem (ait Plinius lib. 9. cap. 36.) in medijs habent faucibus. Verum ut permaneat purpurator, & splendidus color, intermenda sunt unice idus: siquidem aliter evanescent rubicundus, & manet lacteus, Quod si ictu sefellorit (addit Pierius Valerianus lib. 28. cap. 71.) neque purpura statim examinata fuerit, frustra repeti, quis sanguis in universum corpus diffusus evanescent. Purpura illustris Ecclesie nitet Paulus. Flos a purpura fulgens extrahitur, ni iteretur percussio ictus. Ter percussit iugulum Doctoris Gentium: quid mirum, si purpuream non evomat animam, dum ter percussit nidiorem purpuram? In purpura color mutatur, ni subito examinetur.

34 Interrogat quidam Senior, ut doceat: Qui sunt isti (dixit ad Ioannem) & unde venerunt? Amisti erant stolis albis. Nescit Ioannes, & ille: Hi laverunt stellas suas, & dealbaverunt eas in sanguine agni. Dealbaverunt Per Martyrium, ait Alapide hic. In Martyrio corpora signata per stolas, sanguine rubent: & sanguine nitent; ut spectetur singulare miraculum, per singulare martyrium: igitur sanguis in illorum corporibus videtur candidus, cum in alijs appareat rubicundus. Ideo Petrus Faber legit pro Stolis albis, stolis purpureis. Utrumque bene: Purpureis, iuxta naturam cruoris: Albis, iuxta qualitatem lactis: igitur albecit cruor, ubi sanguinem cordis concoquit amor: & corpora sacra, & trunca.

Purpura sub nive terra latent. Per sanguinem agni dealbaverunt. Non agni gregis, sed pastoris; non agni legis, sed lucis; non agni iugis, sed agni regis. Agni sanguine lacteo, inquit Bernardus, apud Haye hic. Lacteus, & sanguis? Profecio. Haud expiravit Christus unice idu. Purpura pependit in cruce: & cum purpura lau-

guis albefcat, dummodo cuspis iterato percussit; ut palam fieret, quod multiplicibus expiraverit tormentis, apparuit sanguis salus in modum lactis.

35 Micat causa candoris in stolis Martyrum. Sanguis afficit rubrica vestes: albecunt lacte: & stolz dealbantur, ubi Martyres tormenta patiuntur; quin sit exquisitus effectus: siquidem non novum, quod accipiant vestes pulchritudinem candoris, ubi labantur iterum in fonte lactis: Sanguinis color evanescent repercutit purpura crebris ictibus. Sic purpura Regis agni ruptis venarum canalibus: igitur tot vulneribus confecerunt agnam passione purpuream; ut sanguinem etiam reddiderint lacteum.

36 Iam ergo flos purpure acie gladij e medijs faucibus Paulinis evellitur. Feliciter flos purpure: coronatur, & evanescent color cruoris, ut explicetur difficultas certaminis. In mortibus erat frequenter. Si macerata purpura salgentior, Ter virgis ceusus: si quae in profundo (vide Plinium ubi supra, & ad ream pulchra) Ter naufragium fecit: si eius cruci maxima dignatio, praecipue si lapidis ictu cadatur (ut ait Ravif. Textor. Officin. lib. 7. cap. 41.) lapidatus est etiam: purpuream emisit animam: sed

Color niveus corpore purpureo. Tam propter colorem lactis, tum propter incendia dilectionis: qua, ut observat Alapide de Prærogatio. Pauli cap. 4. Pro charitate contra charitatem in charitatem committitur. Quis haec operatus est? Vocat igitur generationis series, ac in cunctis invenies Paulum, vel hominem caelestem, vel Angelum terrenum.

DIDASCALIA XXI.

Quotidie damnatur, qui semper timet.

Nome plaussibilis Seneca in Sentent. & quam vera sit, docet pernitudo facti, dum ira quiescit. Nunquam perniciofa servant modum, si porrigit ultio, vel degustat, ubi bibit etiam venenum: & palam fit insignis documentum insipientie, ut inimicus pereat, cum inimico perire, Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: dicitur per Italam. Heu, inerteccio dolentis est. Quid mirum, quod explicetur dolor, si dicitur Vindicabor? Heu: quam apte, ubi decenit iniuriam ulcisci? Igitur dum expectat consolationem ex dolore vulne-

Car sanguis Obri-

Plin.

Text: Purpura propriatate. Catull.

Paulus in charitatem pro charitate.

Senec.

Incommoda ultio nis.

Ital. 1.

24. America do preit ulionem.

Senec.

In illa vincere urpe.

Adversatur ratio ni.

Chrysolom.

Contumelioso, & mori, & vita gravis.

Genes. 2. 17.

Molestia alia, cuius comest est offensiva.

Senec.

Quis in gratum vivere, & mpro.

vulneris, invenit dolorem cordis. Plurimis amaritudinibus conlatur vindicta, cui ita coniuncta ex infecta pena pena; ut antequam pronuncietur Vindicabor, praevient Heu. At enim ira (inquit Seneca lib. 2. de Ira, cap. 32.) habet aliquam voluptatem, & dulco est dolorem reddere. Minime non enim, ut in beneficiis honestam esse merita meritis repensare, ita iniurias iniurijs: illic vinci turpe, hic vincere: & Heu dicitur, priusquam iniuria vindicetur; quippequam praestat vitus, ubi indicabat predicari gloriosus. Heu exprimit penam vindicta iniuriam: & Heu quasi vulneratus dicit; siquidem antequam penam inferat, de pena dolet. Fraudatur igitur a desiderio, ubi adversus rationem praevalet ultio: fomes namque apparet amaritudinis, quae perperam indicabatur, ut blandimen voluptatis.

Adversus rationem, dixi consulto; quippe adversatur, quod apponatur ultio, ubi supponi debet miseratio. Melius est iniurias non agnoscere, quam agnoscere. At si agnoscuntur; ultionis contumeliosissimum genus est, non esse vitium dignum, ex quo petere ultio. Dolor levis est, si ferri potest, brevis si non potest ferri. Non magnus, qui longus. Quando fatius est sanare iniuriam, quam ulcisci? Multum temporis ultio abstulit: multis se iniurijs obijcit, dum una dolet. Quanto melius est, in adversum abire, quam vitia vitij coponere? Potius est iram relinquere, quam ab ira relinqui. Mains certe (ait Chrysolomus Homil. 34. in Matth.) atque mirabile est, mentem adversariorum commutare, & animum in diversum transferre, quam illos occidere. Imo occidit, ubi agnoscere iniuria indulgentia nobilissima impellit: igitur cum semper damnetur, qui semper timet; & mori, & vivere dolet: dolet mori, propter amaritudinem mortis, & vivere etiam indulgentia pietatis.

In primo Parente patet perspicue pena, dum ab illo de ligno boni, & mali praetermittitur lex lata. Morie morieris: praeteribitur, si comederis. Alij Mereberis mori. Mortuus est? Utrique modo dicitur, Morie morieris. Non morieris, & propter hoc morte morieris: non morieris, quia mereberis (ut moriaris, quoties times) verum gravius, non moriendo morieris, quia dondatis: & gravis vita, quam comitatur offensa.

Ultimum malorum est: ex vivorum numero exire, antequam moriaris. Hae Stoicus Cordub. lib. 1. de Tranquil. vit. cap. 3. Quomodo poterit ex numero exire vivorum, qui numeratur in catalogo mortalium? Sanè implicat mortuus, & mortalis: ut mortui

species proponatur simul viventis, at in numero esse, & e numero exire. Respondebit Firmus apud Erasmus in Apopt. begm. lib. 8. cui summi ostensus pepercit Augustus. O Caesar (ait) facta est iniuria, ut mihi, & vivendum, & mortendum sit ingratum. Mori, quia natura horret: vivere, quia ratio mortem praescribit. Inter sacrum, & laxum premitur vita gratia, & offensa; quandoquidem vivere non placet, & mori displicet. Si iniuriam acceptam persequeris, malum erat, sed non ultimum malorum: impunitam relinquendo, coartor nimis, & venia, & cognitã iniuria: unde etfi confundor, qua mortem meritis vita, potius vitæ confundor indulgentia: mori, & vivere est ingratum, & magis vivere tanquam ultimum malorum. Patet ultimum, quia ultimum, & non extremum: etenim, ut magis torqueat, & morte specie vitæ iugiter angar; inoperata gratia exeo e numero vivorum, antequam moriar.

3 Patet iam cauta mortis Adami, vel in ipsa felicitate vitæ. Mereberis mori: & morieris, quia praevient ratio indicat, quod mereberis. Haud datur criminis lethalis ultio; & extorquebit vitam ipsa duntaxat criminis cogitatio: scire nimirum, offensum non ignorare offensam, & praetermittere iniuriam: posse ulcisci, & conavere, quasi non posse: non comprehendere, utrum abditio iniuriae sit effectus remissionis, vel intuitus commode opportunatis: vel an obviseretur misereri, & condonaverit, ut incautus qui laetit, victima sit vindictæ, ratione gratia. Semper timet, & quotidie damnatur sine timoris: quapropter transgressor Adamo, & conscio, palam sit, Morie morieris. Morieris ob audaciam in legem supremam maiestatis, & commissionem criminis: & etiam morieris, quia non morieris: etenim aptius iniuria vindicatur, quin vindicetur.

4 Inter Deos, quos fecit timor, duos omnino collocavit Democritus, ut refert Plinius lib. 2. cap. 7. Penam scilicet & Beneficium. Qui Dij appellantur, verum naturas esse, dicam cum Cicero ne pro Ligario. Singularia prorsum Deitatis simulachra. Beneficium adoratur, & Pena? Proculdubio. Multa nostra nocent nobis, blandiantur amaritudines criminis: & minime haberemus penas, quandiu fugeremus culpas. Politice accipiendo, dignitatis patet onus, quam nanciscitur indignus: igitur expetitur inexpectus incommodum; ubi a fortuna expectabat beneficium.

Proposito ergo. Pena, & Beneficium collocantur sit ul, licet hoc cor rationalium alliciat, & illam renuat; ut discant homines

Erasm.

In criminis acris tormentis cogitatio.

Criminis in augeantia audacia tollitur vita.

Plin. Cicer. Peccat una pena.

Er dignitas in indigno.

Gratia in profectum tormentis.

nobile studium vindictæ ex cathedra sapientissima gratia: igitur cum offensa vindictam, & vindicta inimico sollicitet poenam; inspicit Poena, & Beneficij simulachris, cor offensum sane feliciter vindicatur Nobilis: si quidem commodiore modo concludere haud poterit adversarium; quam pro illatis injurijs conferendo beneficium. Dum ultionem acriorem intendit inians iniuria, accedat gratia: cumuletur consulto donis neglector auctoritatis: igitur si sollicitatur vindicta; ipsum beneficium comitatur, & poena.

Et genero sa nobilitate vindicta.

Aliter pro offenso potest concipi eruditio. Simulachrum erat duplici facie, & Beneficij nitore, & Poenæ amaritudine. Quot quot acceperunt iniurias, aut contumelias, accedere debent ad huiusmodi aras. Recedat ad placitum vindictæ, dum instrumenta deponunt ultionis: siquidem inimicus nefciens accipit gratiam, & versa facie amplebitur poenam. Poena est in offenso, quam fatagie excutere ultio: igitur ni pungeret, in vindictam bilem haud commoveret. Sibi utique parcat, dum inferenti iniuriam ignoscit: & cum iunctæ sint imagines Beneficij, & Poenæ; largiri beneficium, præstabit utilitate: etenim aliter sibi servat beneficium, & poenæ comitis infedabile tormentum.

Iniuria honorem non deest. Injusti.

5 Vindicem, vel acerrimum in consilium provocho. Heus tu? Vindicari vis? Ne vindicaris, quippe sane vindicaberis. Si quis percutere amore, ad quid vulneres? Si ipse sibi mortem conciscit hostis, quare inferis? Quid articulo intendis? A quo angeris? Ab honore? Profecto angeris. Iniuria, dicitis, fecum adduxit captivam auctoritatem. Labiles sane essent honores, si penderent ab injurijs. Haud quia veritas fiat in ignem, extinguit; imò accendit. Occulitur splendor auctoritatis, sicut lux in lagenis Gedeonis: fregit læsione adversarius, verum honor non est læsus: siquidem ictu gravi, quo extinguere cogitavit, splendor auctoritatis magis illuxit. Neglectu inferioris, superioris, vel æqualis, rubore lamentaris plenus: vertatur ergo in festivum amarus animus: quiesces utique, & respectu vindicabis, ac denique amore vinces. Dum sufficit in vindictam (& molestiorem) facies, & etiam acies hilaritatis, supervacuum ensis: fatuus merito dicitur, qui cum discrimine fecit, & ulcisci iniuriam sine discrimine potuit. Placatur commotio offensi pectoris, persuso sanguine cordis audacis; si gladio favoris alte vulneratur pectus, ad quid gladius? Perficit gratiæ demonstratio, quod poterat ultio: & etiam periculoso incommodo vulneris, quam

Vindicatur optidi gladio favoris, quod gladio.

Aliter dicam. Ut ultio fieret cum discrimine, sagitta congruebant, & inimico, & ultori: ac si inimicus dumtaxat habet sagittas, & ultor gratias; nanciscetur ultor nobilissimam ultionem citra discrimen: igitur nullum penetrantius speculum, ut percutias adversarium; quam retorquere ut gratiam, quam emiserit sagittam. Tutamen in armis habet iniuria adversarij: non est propugnaculum in impetum beneficij. Inijciat sagittas: offert gratias, peribit: igitur dum inimico faves, alte confodis. Audi.

7 Esopus Fryx Philosophus nobilem quemdam, Ennum nomine, adoptavit; & ut filium Regi Lycero obtulit; qui quidem puer obli-

machinari quibat ingenium crudelitatis.

6 Apud Aegyptios Apello pingebatur (ut observat Vinc. Chartar. de Imag. Deor. fol. 41.) dextra habens gratias, sinistra armum cum sagittis. Pulchra, ac ingeniosa imago in hominum improbitatem, ut signa destruant inimicum, & ultorem. Dextra habebat simulachrum Gratias, sinistra verò sagittas. Gratias, ut obliviscantur: sagittas ut pectora fodicerentur: igitur in demonstrationem protervia, quasi non sufficeret, & oblivio beneficij; in conferentem gratias, acunt studiosè sagittas. Deest namque imaginì benefactoris protectio singularis. Ad unguem igitur elaboraretur; si sicut habet arcum, haberet etiam sentum: quippe cum ingrati ipsas benevolentia gratias eformant perdidit in virulentas sagittas: patet prorsum inermis, sine scuto necessario gratiæ bonæ voluntatis.

Si in imagine Apollinis obumbratur conditio benefica Deitatis; quotidie agnoscetes confundimur, & non convertiamur. Igitur potens emittere sagittas, ut pro merito castigetur superbia; gratias dedit, ut curventur corda. Hem! Gratias procedunt à Deitate, sagittæ autem ab humano dignato igitur corde: siquidem respondent sagittis ingratitudinum, ruptis fontibus gratiarum. Sagittæ, & gratiæ insignia sunt imaginis, seu potius Christianæ perfectionis, in pectore qui indignè affectus offensa, propter Deum prætermittit impunitam. Gratias confringunt, sagittæ feriunt. Ille enim vincula blandæ omnino voluntatis, & istæ vincula cordis. Gratia in captivitatem redigunt accipientem, sagittæque commovent vulnerati bilem. Gratias denique conferuntur in demonstrationem amoris, atque sagittæ in obsequium mortalitatis: unde sagittæ unâ cum gratijs collocantur in manu Apollinis; quippe idem est inimico conferre gratiam, ac in intima pectoris ciculari sagittam.

Aliter dicam. Ut ultio fieret cum discrimine, sagittæ congruebant, & inimico, & ultori: ac si inimicus dumtaxat habet sagittas, & ultor gratias; nanciscetur ultor nobilissimam ultionem citra discrimen: igitur nullum penetrantius speculum, ut percutias adversarium; quam retorquere ut gratiam, quam emiserit sagittam. Tutamen in armis habet iniuria adversarij: non est propugnaculum in impetum beneficij. Inijciat sagittas: offert gratias, peribit: igitur dum inimico faves, alte confodis. Audi.

7 Esopus Fryx Philosophus nobilem quemdam, Ennum nomine, adoptavit; & ut filium Regi Lycero obtulit; qui quidem puer obli-

Vinc. Chartar.

Imago Soli apud Aegyptios.

Eformas ingrati gratias in gratias sagittas.

Offraß gratia est offendentis sagitta.

Qui ad versario faveo perimit.

Gestus infigne Ethnici erga condonacionem iniuria.

Maxim. Plan.

Opui infigne, etiam offensus, vel querelle parere.

In Christiiana vin dicit non opus est armis.

Placidior vindicta gratiam.

Math. 17. 4.

Qua ex tollitur la juu.

oblitus dignationis, & nobilitatis in factione ingrati tudinis; Philo sophum apud Regem infamavit perdullionem. Credidit Rex data fide sigillo Philo sophi, quem multavit capite. Caterum veritate comper ta, & nuda calumnia, quæ quidem lecta in accusato ris ore mutato (ò quam diuicile, crimen non prodere vult!) poena talionis infelix iucebuit, cui etiam interventu Philo sophi læsi, & Rex pepercit. Quid ergo iniuria affectus? Domum perduellem reduxit, Nulla in re tristitia affecti (inquit Maximus Planuda in Esopi vita cap. 26.) sed ut filium recepit. Nec verbo iniuriam, nec supercilio expressit querimoniam. Magnanimi pectoris patet infigne, etiam offensus vel querelle parere: igitur haud plenè remittitur delatoris scelus, ubi de honoratus, pervagatur queribundus. Leniter ego preditorem recipit. Quid? Tum sermone (subdit) tum conscientia, quasi sagitta percussisset animum, è vita Ennus discessit. Blandicia Philo sophi, contemplatio iniuria, cognitio criminis, cogitatioque præteritæ sceleris. Vindicavit inultus iniuriam cus pidi blandimini, læ dentis per tingens animum. Quis vulneravit? Offensus. Quo? Beneficio: cuius acies ita ingratam præcutaneè fauciat, ut ictu suavio re vita discedat. Non opus est armis, ubi intervenit sirenitas dilectionis: etenim violatorem honoris fulsulit conferens beneficium, quasi sagitta percussisset animum.

Ethnici hoc faciunt. Refugiet huiusmodi animi generositate Catholicus post lætam legem? Nactus est læsus studio dilectionis, quod forte nequiret ingenio crudelitatis. Quanam placidior vindicta in nobili animo, quam inimici confusio? Confundantur inimici huiusmodi humanitate, propul sentur, percutiantur. Quam multi nolentes sustinere beneficij tormentum, tenebantur à læso recipere beneficium? Si extorquerentur ab hominibus dictamina, pro scriberetur penè humana natura.

8 Intendire in prudentiam Salvatoris à familiare læsi. Nemo nobilior, siquidem, & iuxta maiestatem librorum iniuria. negavit Petrus amicum, quia vidit abiectum. Nescit quem viderat gloriosum in Thabore, & noverat nondum visos, visos in maiestate. Agnosceat gloria, & minimè adversa fortuna; quoniam homines in culminibus agnoscentur, ubi in torsionem videntium, & adorantium cognoscentes non cognoscent. Mortuus est in cruce, & illico ut returrexit, Apparuit Simoni. Simoni signa-

Tom. I. Taut.

tè; quia magis despectus fuit à Simone. Sna peremerit splendor gratiæ, dum confertur iniuria: & ut monstraret exemplum humanitatis eximium, quod docuerat in monte duntaxat verbus: Apparuit Simoni, qui deservit à fide: siquidem returgenti maxima gloria, quod inimico confertetur prima gratia. Hoc etiam intendunt Angeli blandientes Principi. Dicite (suggerunt) discipulis eius. Petro. Petro, qui præ ceteris propul savit, apparebit; & iniuriam condonabit: igitur experietur Magistrum beneficium, quanvis eius deses negavit esse discipulum. Quis desperabit, dum vel negantem recipit? O singularis charitatis nobile studium! Apparet etiam his, qui fidem non habent in illum.

Luc. 24. 34.

Matth. 16. 7.

9 Apparuit Simoni. Si læsus violator lætum vultum demonstraret, inimicum proculdubio confunderet: & confudit salvo vulnere, ubi apparuit, & vulnus minime aperuit: etenim Christus immortalis, & gloriosus agnovit, à quo non est agnitus; & Petrus rubore plenus recoleens ictu gratiarum iniurias, erupit in lacrimas. Gravem utique in Magistram intulit iniuriam, & singularis apparitionis gratiam recepit poenam. Poena felicitas, & summa? Poena. Unde istam dignationem sperare poterat? Ideo poena fors dextra beneficij; quippe nequibat tantam sollicitudinem sperare. Sperabat indulgentiam, sed ultra cogitationis spem consecutus est gratiam. Nonne supplicium amplioris humanitatis non onimentum? Plus est, quam sperat; & confunditur, quia plus. Congruum erat, ut asperè corripere, quia avari in opportunitate non respondit: & demonstratione dei inviolabilis Petrum castigat, quia fidem præceptis violaverat. Castigat: etenim inevitabile vulnus ingrato pectori, omnibus officijs honorifice prosequi. Favet, fovet, & rubore confundit. Hispan. A un hombre (si lo es) no se puede dar mas intenso tormento, que dexarle corrido con la suerte felice de un agasajo. Si poena gravis excogitatur ab odio, inimicus corripitur beneficio. Quicumque aliter ulciscitur iniuriam, non habet prudentiam.

Confunditur iniuria eius.

Et ictu valide.

10 Ille quidam commodum istiusce astutæ, ac generose ultionis agnovit; quum interroganti, que modò (rarum rem in aula) consecutus esset benevolentem respondit: Iniurias accipiendo, & gratias agendo. Vide Senec. lib. 2. de Ira cap. 33. Saepè adeo iniuriam vindicare non expedit, ut nec fatiri quidem expediat. Cum pare contendere, an cps est: cum superiore furiosum: cum inferiore, for-

Senec. Novit in qua ritia quo

Nun

dj.

didum. Si scit inimicus te percelli ; quia fecit, faciet : ut ergo cohibeatur, vel potestas, vel voluntas commodius erit, si acceperis iniurias, non ulcisci, sed gratias agere. Qui enim vindicat, sentit : sentiat lædens, quod non sentias, dum agis gratias, tunc enim prævalebit industria ultionis. Si ulciseris, cades : igitur timorem transfers in pectus, quem habebat inimicus.

11 Persecutus Davidem auctulta. A timore inimici eripe animam meam. Sic igitur clamabat ad Dominum, Contra calumniantes, observat Genebrardus hic. Singularis prorsus deprecatio. Si anxius inimicorum insultus patitur, & penè defessus tricarum onere usque ad terram posternitur ; oret liberari à timore, quem sustinet vexatione malignantium, non autem quem non perfert à timore inimicorum. Inimici non timeant : haud facerent, si timerent. Timet lædendus, non læturus. Quis enim horum habet in ultione metum ? Timet qui offendit ? Timet, ut pateat facinus ultionis effectus formidinis. Qui iniuste in aliquem insurgit (cum ex insultiã propria libretur aliena) habet metum illius ultionis, quem affectit iniurijs : & David non expofcit eripi à proprio timore, sed a timore inimici ; quoniam torquetur igitur ultionis cogitatione, suspicando haud leviter læsum posse vindicari. A timore inimici, quippequam lædendus timet in ultione, ledens ex ultione.

Dare penas pro calumnijs, vel patienti placet : siquidem dolore levi liberatur à timore. Apex cruciaminum est formido dolorum : & intimè pungit vexationibus affici, & posse ulcisci. Ratio ad manum est. Lædens in similitudinibus expresse malignitatem, unde, & necesse est ; ut timeat retributionem. Semel fecit, & semper timet. Sufficit, est nesciat offensus pro acuitate tormentorum, cogitare fuisse læsum : & ab huiusmodi timore orat David liberari ; quoniam vehementior est dolor, quem inimicus perpetitur, non patiendo ; quam quem accepit innocens, & læsus ab inimico. Productior est pœna, quam iniuria. Lædens semel fecit, & læsus semel sustinuit. Semel improbus fecit, & semper timet : acrior igitur pœna, semel facere, & iugiter corripi.

Causam affert persecutus Propheta. A timore inimici eripe animam meam. Non vulnera ex inimicis timet, sed vulnera inimicorum ex timore, quo ita fauciatur animus ; ut peringat, ubi non accedit vulnus. Si vulnera renueret ex inimicis, eripi corpus ab eorum incurfibus postularret : & non corpus, sed animam exigit liberari à timore perse-

quentis inimici ; siquidem cogitatio illata iniuriarum ita cuspidat timoris fauciat, ut dolor vulneris animi usque ad animam pertinat.

12 Nota modò supplicium. Abelem Cainus interfecit. Scelus celavit, quasi Deus nesciret. Cui pro pœna vindex Dominus, Quid fecisti ? Hæc est sententia ? Et gravis : æquaque pro qualitate criminis. Offendit perduellis, & apud iudicem offensiois notitia proponitur pro sententia : siquidem vehementer supplicium, scire offensum. Potenter pœnas dabat, ubi sciebat scire, qui ulcisci poterat. Subdit reus: Ero vagus, & profugus. Alij apud Haye hic : Pavens, & tremens. Haud vindex in sententia à vivente subtrahit mortem, dum incusit formidinem. Quò fugis miser ? Quæcumque inviseris oras sub love semper. Sufficit pro cruciamine, cogitare esse sub love. Te lædentem, & illum vindicem. Cognoscere offensam, & ignorare vindictam. Semper timere, & nunquam mori ; ut moriaris quoties times. Tremens, & pavens, ac vivendo moreris : igitur tibi iugis stimulus, scire, offensum iniuriam ulcisci posse ubique, & te ignorare non posse : inferre ubi placuerit, & te perducentem haud comprehendere ubi. Ecce viva mors. Vult ulcisci, verum nescies, quando vult.

13 Intentum David in orationis conamine perferendum. A timore inimici eripe animam meam. Quid hoc intendit, dum inimicos, & calumniatores fugit ? Ni fallor, ut illum Deus arceat in possessione regni ab inimicorum simulantium ultione ; ne in vindictam pronus coarctur, cum ad fastidium perveniat : minime quia formidum Principi, privatas iniurias vindicare, sed ut liberetur ab inimici timore. Qualis, & quænam timor in solio ? Iusta ex ultione formido. Qui quis alicui nocet, merito timet ; ne dum posse vindicari, quasi extinctam, ulciscitur vexationem, habens opportunitatem. Qui coninet erga iniuriam, auget inimico pœnam, scienti animum offensum, verum insultum. Timet lædès illata iniuria, & prætermissa vindicta eruditus à conscientia : unde David pro non vindicari, postulat eripi ab inimici timore : etenim timorem, quem habebat ex iniurijs inimicis ; ultus iniurias, læsus transportat in pectus.

14 Astipulatur acuminis Sacra pagina. Timorem eius ne timeatis : ait Iudas. Scilicet litteralem huius periodi, & hinc similitam expofimus in Prolog. Galeat. §. 4. nom. 10. Modò tropologicè explicandum, quid sit timorem timere ? Timor non timetur, sed timetur quòd timorem incurit, ad cuius amaritu-

Pfal. 63. 2. Geneb.

Torquetur qui inuriam fecit non qui sustinuit.

Timor nisi inest læso, sed inimico.

Cuius transigitur anima

Gen. 4. 10.

V. 14.

Hay.

Ferrens suspensiois offensam non latere offensam.

Mortem timore, & non mori.

Ubi sup. Timor, quem habet lædens ex illata iniuria, habetur ab offensâ ex vindicta.

Itai. 8. 12. Quid est timere timorem?

ritudinem, vel impavidus pavet. Si timor timetur, iam non timor, sed incommodum : etenim ex cogitato incommodo oritur formido ; non autem ex formidine acerbum, quòd refugit ne noccat, condicio utæque animalium. Quid igitur inuit Evangelicus Vates dicens: Timorem autem eius ne timeatis ? Faxò expositio. Iniuriam ne vindicetis : igitur cum ex offensa oriatur in offensore timor vindictæ ; timorem timebitis, ni iniurias prætermittatis siquidem timidi transeunt in catalogum timendorum, dum vos læsi, & ulsi in numero receptissimi lædentium.

15 Hoc etiam potendit, ubi dicitur tùm Ieremia cap. 51. vers. 36. Ego iudicabo causam tuam, & ulciscar ultionem: tùm 1. Machab. 9. vers. 42. Vidite occurrunt vindictam. Non iniuriam, sed vindictam : non simulatam, sed ultionem. Iniuria vindicatur, & illicò ex vindicta subrepat timor. Clarius: Iniuria parit vindictam, vindicta formidinem, formido vitalem mortem : quapropter, qui vindicatur de violatore retributionem timente, illum levat, & se fauciat: igitur qui viadicatur, qui vindicatur, suspitionem habet læsus & ultus, quam habebat adversarius. Unde hic subdole ingens conscientie formidine, ulciscitur insultus sine discrimine ultionem. Ergo ultio erit voluntaria pœna. Non ita pungit acriter suscepta iniuria : potissimè eam cogitatæ, sunt merè cogitationes, ludicra, parvi momenti, Tollenda ex animo suspitio, & coniectura, fallacissima irritamenta (ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 24. (ille me parum humanè salutavit: ille osculo meo non adhaesit: ille inchoatum sermonem citò abruptit: ille ad cenam non vocavit: illius vultus averter visus est). Ex his sequitur: Ergo fastidit, aut odit. Perperam sequitur : & videbis quam distortè, dummodo te ipsum colloces ex alia parte.

Senec. Invidia cogitata plerumque laedit.

Augu. Nota ovipice similit.

Ex offensa oritur in offensore timor vindictæ.

Ter. 51. 36. Machab. 9. 42.

Vindicta ultio si non indulgetur offensio.

re à confessione usque ad os amaritudo ducitur, & patet amaritudo dulcis, vel in acerbitate confessionis ; quoniam suavior est amaritudo etiam absinthiata in faucibus, quam cruciatus levissimas in visceribus. Initium est salutis notitia peccati. Non periclitarentur laborantes pleritide ; ni sanies intra pectora lateret : quæ quidem prius (membranam rumpens) sedem tangit vitalitatis, quam exitum oris. In peccato vomica voluntaria est : ergo dirigatur per confessionem ad oris exitum, ne punctus extingatur dolore laterum, & deficiat (qui desideratur) dolor cordis, & abundat pectoris. Initium est salutis notitia peccati (ait Seneca Epist. 28.) Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus : nam qui peccare se nescit, corripit non vult. Deprehendas te oportet, antequam emendes : ideo quantum potes, te ipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus sanguere, deinde iudicis, novissimè deprecatoris. Hæc & Ethicus. Succinit Ovidius causam acu tangens, ita enim de Myrrha canit, lib. 10. Metamorph. Fabul. 9. Numen confestis aliquod pater. De quo ipsa gravata crimine prius dubitabat, exclamans pressa fecelere.

Senec.

Initium salutis notitia peccati.

Idem: Accusator sui, index ac peccatoris nullus debet esse, ut probe vivat.

Ovid.

O si qua patetis Numina confestis, merui, nec triste recuso Supplicium! Igitur qui vult corripit, haud intendit exinde peccare. Adest ergo Numen consenti ex corde crimen.

2 Morti obnoxius eris, dicitur Adamo, uti vidimus: Alij Mereberis mori. Vide Versiones in Exposit. liter. num. 28. Confite-re, ne moriaris. Sanè crimina defenduntur: ubi peccatores, ut criminosa non confitentur: à se quippe peperam removebit peccatum, qui non confiteretur eum. Morte absidubie Adam morieris, ni transgressionis legis confitearis: quandoquidem morieris propter culpam, & etiam morieris propter perverciaciam: propter culpam, qua transgressus est legem, & propter perverciaciam, qua descendit crimen. Morte morieris, si peccaveris. Vomica enim sit intra viscera, peccando: inest remedium, nimirum expulsiò: nisi confessione usque ad os & pus deduxeris ; morte profecto morieris. Confitere, ne moriaris: etenim dummodò è pectore voluntarie non expellatur lethalis vomica, expelletur pro vomica vita. Amarefcit in ore : amarefcit: hoc habet dulce : & ne serpat malum, dum cor queritur affectum, ac nec potum virus amarefcit in visceribus, diluatur in faucibus.

Genes. 2. 17.

Potius irritat de-festio criminis, quam pertratio feceris.

Prover. 18. 21.

DIDASCALIA XXII.

Melior est modica amaritudo in faucibus, quam aternus cruciatus in visceribus.

1 TEstatur S. Augustinus lib. de Decem chord. Virus occultum servat in corde transgressor legis. Ni expulerit, aberit vitalitas cordis ; quippe mortus est apidus. Vomica gignitur, & amarissima intra vitalia lethali qualiter noxa. Vel propulsabit vitam, vel propulsabitur. Copite tubo Tom. II. aut.

3 Mors, & vita in manu lingue: Testatur Salomon. Ab uno sermone fonte pro-

Nup 2

CC